

Band VI., Nr. 1902, Seite 294

Graf Hartmann von Grüningen der ältere überträgt ein Gut in Andelfingen auf Bitten der seitherigen Lehensinhaber Hugo von Bittelschieß und seines Bruders Albert an das Kloster Heiligkreuztal.

Heiligkreuztal, 1267. Februar 24.

Literarum apices ideo sunt inventi, ne ea que in tempore geruntur subito lapsu temporis evanescant, sed continuo dierum transitu in memoriam redeant successorum. Nos igitur Hartmannus comes de Grüningen senior notum fieri cupimus singulis et universis, quibus presens scriptum nosce fuerit oportunum, quod nos proprietatem predii in Andelungen siti, quod nobiles viri Hugo de Buttelschiez et frater suus Albertus a nobis nomine possiderant feudali, cum omnibus iuribus et consuetudinibus, videlicet agris, pratis, nemoribus, viis et inviis, aquis et aqueductibus, pascuis et aliis quibuscumque appendiciis eidem curti intus et extra pertinentibus ad petitionem eorundem fratrum, quia dictum predium eorum existens feudum in manus nostras etiam tunc legitime fuerat resignatum, venerabilibus in Christo abbatisse et conventui Vallis Sancte Crucis eorumque monasterio contulimus libere et assignamus in remedium anime nostre de bona voluntate heredum nostrorum universorum absque omni contradictione et infestatione quiete et pacifice in perpetuum possidendam, renunciantes omnibus exceptionibus doli vel iuris canonici seu civilis et aliis quibuscumque iuris vel facti nobis competentibus contra ipsarum personas et litteras tunc presentes.

 Acta sunt hec in Valle Sancte Crucis, die et tempore subnotatis, testibus presentibus et rogatis, videlicet: domino Ortolfo cappellano de Landowe, Ottone milite de Grüningen, Cûnrado dicto Cane, Cûnrado de Anemerkingen, fratre Berhtoldo dicto Houemaister, fratre C. dicto Schröter et aliis quam pluribus personis ydon[e]is et honestis. Ut autem hec donatio proprietatis tam legaliter celebrata infringi seu calu[m]pniari valeat in posterum nullo modo, nos dictus comes presens instrumentum conscribi fecimus sigillo nostro pro testimonio et munimine roboratum.

 Acta sunt hec anno domini M^o. CC^o. LX^o. VII., sexto kalendas Marcii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Das ehemals abhangend befestigte Siegel ist verloren.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 457 U 269

Regesten:

UB Heiligkreuztal, Bd 1, S. 12, Nr. 49.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Heiligkreuztal

Ortsindex:

Andelfingen Wohnplatz (17334)
 Andelfingen, Langenenslingen, BC
 Bittelschieß Wohnplatz (21127)
 Bittelschieß, Krauchenwies, SIG
 Emerkingen Wohnplatz (16806)
 Emerkingen, UL
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Heiligkreuztal Wohnplatz (17046)
 Heiligkreuztal, Altheim, BC
 Landauhof Wohnplatz (17266)
 Landauhof, Ertingen, BC